



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1656**

§. 287. Illa vadens nuntiauit his qui cum eo fuerant. v. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45533**

necerit antequam ad sui amorem peruenit, non fuerunt ista viri. dæmonia metaphorica, quo modo S. Ioan. Chrysostomus ait: magnus diabolus est peccatum in anima: sed literali sensu fuerunt viri. dæmonia corporaliter eam infidentia. Nec erubuit Dominus talem ad suum adsciscere famulatum, & quidem statum Deuotum singularius: nec illa segnem se in eo gefit agendo, multasque, quæ secundum nomen suum in baptismo nominata fuerunt, conuertendo & adducendo ad Christum.

**V**idente magna pietatis sinum, peccatores, considerate apertum & vobis misericordia gremium, ad vos oculos mentis reducete, & dæmoniacam fœminam in exemplum vobis imitationis anteferte: nolite estimare quid fueritis, sed quid de Domini gratia esse possitis. Facite quod illa fecit, intime inhaerit Dei genetrici Mariæ, cum illa repetitur aspicere sepultum; cum illa redire ad videndum resurgentem Dominum.

§. 287. Illa vadens nuntiavit his qui cum eo fuerant. v. 10.

Pergit sacer scriptor in hac Maria Magdalena prædicanda. Illa init & nuntiavit, altera fugit & nemini locuta est. Illa socia indiuisa Mariæ V. Deiparæ, altera socia aliarum fœminatum. Illa fuit nobilissima de castello Magdalo Domicella, altera de Naim olim peccatrix.

**O**Dulcis Iesu, quam benignum, dispari tamen modo & discretione admiranda, te tuis impendis! Hoc tamen communiter seruando, ut quanto quis tuæ matri venerandæ amplius coniungitur, tanto plus gratiæ evimpndatur. O quam male faciunt prophetæ illi noui, qui docuerunt populos tuam optimam & sanctissimam matrem vili pendere, imo auersari! aquæductum gratiæ profecto & sibi & suis discipulis inciderunt. Misericordia eorum Domina nostra carissima S. Maria.

§. 288. Lugentibus & flentibus. v. 10.

Impletum est, quod dixerat Dominus: plorabitis & flebitis, mundus autem gaudebit. Nec opus causas lugendi vel flendi in Apostolis &c. discipulis Domini percontari, nimis patent. fugerant, negauerant, benefactorem maximum amiserant & de eo desperabant.

**O** Domine, lugeam & ego peccata mea, quæ superant & damna & peccata Apostolorum. fleam tui amissionem millies & millies procusatam. Eheu! Dona gratiam per passionem tuam sanctam.

§. 289. Et illi audientes, quia viueret & visus esset ab ea, non crediderunt. v. 11.

Mira res, tot & tantæ fabulæ & falsitates aude creduntur ab hominibus.

Aa 3

nibus

